



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**B. Haymonis, Episcopi Ante DCCC. Circiter Annos  
Halberstadensis, Historiae Ecclesiasticae, Sive De Rervm  
Christianarvm Memoria, Libri X**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Helmestadi[i], 1671**

Christophorus Browerus Fuldensium Antiquitatum Lib. I. Cap. XIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10968**

CHRISTOPHORUS BROWERUS  
FULDENSIUM ANTIQUITATUM  
Lib. I. Cap. XIII.

Anglie  
quid Fulda  
debeat.

Catal. Eccl.  
Scriptor.

Sigebertus  
auctus ē  
S.ffrido &  
Trith. lib.  
2. del. lustr.  
Vitis S. Be-  
ned. cap. 26.  
& alibi MS.

**B**rimum nobis insulæ Britanniæ post Deum hu-  
manæ salutis providum curatorem, laudes gra-  
tesque dicendæ; quæ radiantibus sapientie &  
virtutis luminibus, in opaca hæc intimæ Ger-  
maniae nemora infusa, quidquid hic inertie &  
barbari stuporis extitit, alsterfit, illustravit, & ad capes-  
sendam ex literarum tam humanarum quam divinarum stu-  
diis egregiam laudem, accedit. Sed immortale præconium  
ipse meritus utique S. Bonifacius, qui omnium pietatis am-  
plificandæ religionis artium, pater, inventor, & Sturmio-  
nis educator, Scripturarum sanctorum eloquia, ut feliciter  
in Germaniâ exercuit, ita cœlesti quodam munere apud disci-  
pulos inde fovenda reliquit. Bedæ, post sacram scripturam  
solertis ingenii fecunditate, tot commentariorum volumini-  
bus editis, ex longinquo fama jam olim late percrebuerat,  
S. Bonifacio, dum viveret, non ingrata, ut multiplices  
in eo doctrinæ fructus suis haud obscure approbaret. Quæ igi-  
tur ex hujus disciplina, vel condiscipulatu, accersendi abus-  
que Britannia magistri cura Fulensem congregationem  
sollicitabat, hanc ut potuit, primitus explicuit.

*ALCVINVS* is erat, multo acumine perspicacis ingenii,  
nec

nee in eruditia facundia, Albini Flacci nomine, & Caroli Mag-  
ni institutione notus; quin & hujus imperio, Parisiensis  
urbis in gremio, altrice tot artium atq. disciplinarum erecta  
schola, futurus illustrior. *Hic*, Beda jam vita functo,  
postquam peragrata Gallia tribus sociis monachis in Au-  
strasiā venit, inde Buchoniam petens, & aliquandiu  
Fuldense monasterium, sed leviter incolens, reconditas  
sacrae doctrinæ gazas magna nominis sui & auditorum ce-  
lebritate reclusit, & æmulos suæ doctrinæ discipulos vigilan-  
tis ingenii, primum Turonas evocavit; mox incomparabilis  
scientie laudibus cumulatos, hic post se magistros reliquit.  
*In quibus* familiam duxere Haimo, \* Usuardus, Frecul-  
phus, Hrabanus, Hatto, Luitbertus; quorum accura-  
tius virtutes proprias insignitas elogiis spectandas exhibe-  
rem, ni tantorum ingeniioram dotes rara styli & lucubra-  
tionum varietate Spanheimensis Abbas & recentiores alii  
occupassent. *Quod* inde strictim carpemus, subsidio va-  
nescentis memorie, idhac judicii trutina ponderandum e-  
rit, ut quæ rufis nec perpoliti sæculi ingenia tunc in admi-  
nistrazione fuerunt, ea hodie tanquam expergefactis omnium  
artium censoribus, moderationis supercilioso judicis submitta-  
mus, temperato non imminuto honoris pretio.

*HALMO* itaque, cuius & magisterium & religionis  
natalem immerito subtrahi Fuldenibus olim Trithemius  
publice questus est, magnitudine & præcellentis ingenii  
gloria, hinc ad Hirsfeldiam vicinam evocatus; ubi vir-  
tutis & pietatis cum doctrina exuberantis opinione ad sapi-  
entiae

TOM. I.  
V. Antiq.  
Lect. V. C.  
Henr. Ca-  
nis & Nic-  
Serat.lib. 4.  
rer. Mog.  
in Rhaba-  
no, & Il-  
lustr. Baro-  
nius ad an-  
num 778.

TOM. 9.  
Alcuinus  
Fulda do-  
cet, & disci-  
pulos in Ost-  
ria expols-  
tos, Fulden-  
si monastice  
rio magi-  
stros remi-  
tis.  
\* Usuardus

Arnoldus  
Wion. de  
Illustr. vi-  
ris Ord. Si-  
Benedicti.

Haimo ap.  
Honorio  
de Eccles.  
Script c.  
136. ver.  
Haimo &c  
Hemmolib.  
z de vir. Il-  
lustr. c. 32.  
& 214.

entiae fastigium erectus, lucubrationum ingenti mole con-  
surgens altius, cum Scripturæ prope universæ arcana com-  
mentariis ambiret, ad Halberstadiensis ecclesiæ guber-  
nacula venit, quæ annis **XIV** summa integratæ & sancti-  
moniæ fama, feliciter tertius in Episcoporum ordine tra-  
ctavit. Quin & Hrabanus eum honorifice compellans,  
æqualem suum libenter agnoscit. Ceterum et si constanter  
Trithemius passim, Haimonem hunc Abbatem Hers-  
feldiæ fuisse vult, eum tamen nec Lambertus hoc tempo-  
re recipit, nec probat historia publica, siquidem ab anno  
**DCCCXL.** usque ad **DCCCLVI.** Brunonem sedisse  
testatur, qua tamen annorum intercapidine Haimo factus  
Episcopus. Rectius igitur noster Francosaxonicus: Anno  
Domini **DCCCXL.** Heimo Hersfeldensis ecclesiæ  
monachus, tertius Episcopus Halberstaden. à Ludvi-  
co, filio pii Ludvici, mittitur: & anno **XIII.** sue or-  
dinationis **VI.** Kalend. Aprilis obiit, & Halberstad.  
sepelitur, in cuius locum Hildigrin Episco-  
pus est ordinatus.

